



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 52. Epiphanius obit. Anthimus Patriarcha Constantinopolitanus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

Sæculum VI. Itaque Ecclesiæ Africanæ post tot ca-  
A. C. 535. lamitates resuscabant, & conversio-

*Procop. IV.* ne quorumdam Barbarorum augebantur.  
*adif. c. 8.*

Nimirum fidem suscepereunt Mauri, qui Regionem Tripolitanæ vicinam incolebant. Horum urbs Cidamus appellabatur, ipsique dicebantur *Pacati*, ob integrimam fidem, qua Pacem cum Romanis servabant. Omnes Justiniani

*Ibid. c. 4.* Imperatoris cura, sicut etiam Gadabitani Leptisiensibus proximi ad Christiana Sa-

*Ibid. c. 2.* cra transierunt. In extrema parte Pentapoleos duæ urbes erant positæ, quæ ambæ Augila dicebantur. Incolæ adhuc dum Ammonem & Alexandrum Divinis honoribus prosequebantur, iisque ferebant Sacrificia. Justinianus vera fide imbuji jussit, & Christianos redditus ædifica- ta in eorum Patria S. Virginis Ecclesia. In Ecclesiam mutavit templum, quod Ju- dæi habebant Borione, urbe Maurisianis contermina. Eam ipsi a Salomone ædi- ficatam jactabant. Hos igitur omnes Ju- stinianus adduxit, ut Religionem Chri- stianam amplecterentur.

### §. LII.

*Epiphanius obit. Anthimus Patriarcha  
Constantinopolitanus.*

Interim Epiphanio Constantinopolitano  
Patriarcha anno 535. vita functo An-  
thimus

thimus Episcopus Trapezuntinus Theo- Sæculum VI.  
 doræ Imperatricis favore in Sedem de- A. C. 535.  
 functi electus est. Catholicus a pleris- Liber c. 20.  
 que habebatur, hinc unus ex Delegatis Marc. Chro.  
 Catholicorum contra Severianos fuerat. an. 535.  
 Re ipsa tamen sicut & ipsa Imperatrix Sup. §. 32.  
 Concilii Calcedonensis hostis erat. E-  
 phrem Patriarcha Antiochenus de hac  
 ordinatione certior factus scripsit Impe- Phot. Bibl.  
 ratori, rogans, ut curam gereret, ut Epi- Cod. 128. p.  
 stolæ Synodicæ Anthimi, quas pro more 777. in fin.  
 missurus esset, Doctrinæ Ecclesiæ inte-  
 gerrime consentirent. Acceptis deinde  
 ipsius epistolis Synodicis ad eundem re-  
 scripsit, non recusans easdem recipere  
 (quippe Anthimus impiam Doctrinam so-  
 lerter texerat) sed rogans, ut Fidem  
 suam magis clare & distincte exponeret,  
 atque Eutychem Doctrinamque ejus ana-  
 thematizaret. Ephrem, quid Anthimus  
 sentiret, minime ignorabat; id enim Ibid. p. 781.  
 cognoscimus ex Epistola ipsius ante ad  
 eum data, in qua monstrabat, quod Con-  
 cilium Calcedonense Nestorium & Euty-  
 chem pariter damnasset, & ostendebat,  
 in quo articulo posterior esset Hæreti-  
 cus.

Anthimo ordinato eo usque Acepha-  
 lorum crevit audacia, ut illius Sectæ Du-  
 ces, scilicet, Severus Anti-Patriarcha An-  
 tiochenus, Petrus a Sede Apamensi pul-  
 sus, & aliquis Monachus Syrus, cui no-  
 men

Sæculum VI. men Zoara, non tantum Constantinopo-  
A. C. 535. lim se conferrent, sed etiam in privato-  
rum domibus conventus agerent, imo &  
baptizarent. Abbates Catholici Con-  
Lib. tom. 5. stantinopolitani Romam miserunt, qui  
Conc. p. 32. docerent, quam malo loco Res fidei sta-  
rent; cum vero comperissent, ipsum Pa-  
pam Constantinopolim venturum, ad-  
ventum ejus expectare statuerunt, post-  
quam Imperator promisisset, curaturum  
se, ut omnia effectui darentur, quæcum-  
que Pontifex contra Schismaticos Cano-  
nices decrevisset.

## §. LIII.

*Agapitus Papa Constantinopoli.*

**A**gapitus Papa Theodati Regis Gotho-  
rum imperio Constantinopolim pro-  
ficiisci coactus est. Quippe cum Justinia-  
nus devictis Vandalis, & Africa in pote-  
statem redacta, etiam Italiam a Gotho-  
*Procop. I.* rum jugo liberare cogitaret, Theodatus  
*Goth.* imminentे periculo territus, datis ad Pa-  
*Liber.brev.* pam Senatumque Romanum litteris mor-  
*c. 21.* tem denunciat Senatoribus, uxoribus Li-  
*Marcel. Chr.* an. 535. 596. berisque eorum, nisi efficerent, ut Im-  
*em.*ператорis exercitus ab Italia averteretur.  
Ergo Agapitus Papa hanc Legationem in  
se suscipere quasi compulsus, cum tam  
longo itineri subeundo pecuniæ sibi non  
*Cassio. XII.* suppeterent, Vasa sacra Ecclesiæ S. Petri  
*Var. 20.* oppignoravit, pro pecuniæ summa, quam  
ei